

ibi Aretin. Alexand. & Jason. idem Paul. in leg. Qui exceptionem. ff. de Condit. indebit. 2. column. idem Paul. in leg. Illam. Cod. de Collat. penult. column. Salyc. in leg. Illud. Cod. de Sacros. Eccles. in fin. Jason in leg. Si quis ad quod. ff. de Jurisd. omnium judic. 5. column. Specul. in titul. de Locato. §. Nunc verò aliqua. versic. 146. Joan. And. in titul. de Testam. super Rubric. Palac. Rub. in repet. Rubric. Inter vir. & uxor. fol. 52. 4. column. vers. Ad curjus confirmationem. Martinus de Laude, in tractat. de Primogenitur. 23. quæst. Tertio, quia quando medium, per quod alicui extremo debet fieri acquisitio, est inhabile, impedit effectum acquisitionis: textus est in leg. Qui sel-la. §. final. ff. de Servit. rustic. prædior. textus in leg. In tradendis. §. Interpositas. ff. Commun. prædior. cum simil. Quarto, quia juramentum interpositum in hac renuntiatione, vel in quolibet alio pacto vel contractu invalido, nedum obligat personam jurantem, sed etiam ipse actus & contractus remanet perpetuo firmus & validus, & virtus & effectus ejus transit ad hæredes: ita probat textus in dict. cap. Quamvis pactum. de Pactis, lib. 6. in fin. ibi: Firmatum fuerit. & ibi tenet Glossa ordinaria final. Domin. 2. column. & commun. DD. Bartol. in leg. Si quis pro eo. ff. de Fidejuss. 3. column. vers. Tertio dixi. & ibi Paul. de Cast. 2. column. num. 5. Paul. in Authent. Sacramenta puberum. Cod. Si advers. vendit. 2. column. & magis communiter Moderni ibi: Imol. Aretin. & alii DD. in leg. Qui superstitis. ff. de Acquir. hæred. Abb. in cap. Cum contingat. de Jurejur. 6. column. num. 8. ubi dicit, hanc esse magis communem opinionem: Dominicus, & alii DD. in cap. Licet mulieres. eod. titul. Quinto, quia prædicta renuntiatione videtur facta favore aliorum filiorum, & eorum descendendum, quibus videtur prospicere & diligere potius quam filio renuntianti & ejus descendibus; argumento textus cum materia in leg. Cum avus. ff. de Condit. & demonstr. ergo indistincte nepos vel descendens ex eo excludatur, & non admittatur cum aliis filiis vel descendibus, quorum favore est facta renuntiatione. Sexto, & quidem noviter & subtiliter facit, quia quando debitor est in diem, vel sub conditione, potest ante diem vel conditionem solvere: textus est in leg. Quod in diem. 70. ff. de Solutionib. textus in leg. Stipulatio ista. §. Inter incertam. ff. de Verbor. obligat. textus in leg. Quod quis. ff. de Obligation. & action. textus in leg. Intra dies. ff. de Re judicat. textus in leg. Eum qui. 15. ff. de Annuis legatis. text. in leg. In diem. ff. de Condit. indebit. textus in leg. Sub conditione. cum leg. sequent. eod. tit. text. in

leg. Cum tempus. ff. de Regul. jur. nisi dies vel conditio sit posita gratia & favore creditoris, ut in leg. Eum qui. ff. de Annuis legat. & in leg. Qui Romæ. ff. de Verbor. oblig. & in leg. In fideicommissi. §. Cum Polidius. ff. de Usuris. & in leg. Si ita relictum. §. Pegasus. ff. de Legat. 2. Sed pater est quasi debitor filii in Legitima, ut probat textus in leg. Nec ei permittitur. §. Præterea. ff. de Adoption. textus, in leg. 1. §. Si impuberi. in fin. ff. de Collation. bonor. tradit Bartol. & DD. antiqui in leg. final. ff. de Liber. agnosc. text. in leg. Scripto. ff. Unde liberi. text. in leg. Cum ratio. ff. de Bonis Damnatorum. textus in leg. In suis. de Liberis & posthumis. text. melior de jure in Authent. de Triente & semisse. in præf. collat. ibi: Quibusque quod relinquitur jam etiam debitum vocat. Idem Bartol. in leg. Potest. ff. de Acquir. hæred. 2. column. & ibi Modern. & per consequens potest pater præmaturè in vita solvere Legitimam filio, & satisfacit debito legali: argumento text. in leg. Cum quo de peculio. §. fin. ff. Ad leg. Falcid. & in leg. 1. §. Si parens. ff. Si à parente quis fuerit manumiss. & in leg. Papinianus. §. Si quis mortis. ff. de Inoffic. testam. & in leg. Si non mortis. eod. titul. & utrobique DD. Præterea, paria sunt, quòd debitum alicui solvatur, vel alio modo de ejus voluntate ei sit satisfactum: textus est in leg. Si rem alienam, la 1. §. Omnis. de Pignor. action. text. in leg. Item liberatur. ff. Quibus mod. pignus vel hypothec. solvit. textus in leg. Quamvis. §. Interdum. ff. Ad Velleyan. ergo si filius in vita recepit Legitimam suam, vel partem ejus, vel nihil recipit, & renuntiavit cum juramento successioni, omninò & perpetuò exsolvitur à successione, & similiter nepos & descendens ex eo, tamquam si verè & realiter esset solutum.

Secundo casu principali, scilicet quando filius, vel filia quæ renuntiavit, moritur post mortem patris vel matris, indistinctè excluditur nepos vel descendens, modò concurrat cum aliis nepotibus & descendibus, modò cum patruis vel avunculis: quia tunc, cum successio sit à jure delata ipsi filio vel filia tempore mortis patris vel matris, & repellatur per renuntiationem juratam, necessariò nepos & descendens ex eo repellitur, ac si illo tempore interveniret abstentio vel repudiatio; & per consequens admittuntur alii filii vel descendentes parentum: argumento textus in leg. Si quis posthumos. §. Si filium. ff. de Liber. & posthum. textus in leg. Si quis filio ex hæredato. ff. de Injust. rupt. textus in leg. Si quis filium. Cod. de Inoffic. testament. ubi habetur, quòd quando filius vel filia supervixit tempore mortis patris vel

vel matris, nepos vel descendens ex eo de necessitate non debet institui, nec exheredari, nec intrat locum ejus: & in expresso ita tenent Paul. de Castr. Imol. Roman. Aretin. & communiter DD. in dict. leg. Qui superstitis. ff. de Acquir. hæred. Alexandr. notabiliter in dict. l. Pactum. Cod. de Collation. penult. column. vers. Secundo casu principali. & ibi communiter Moder. Roder. Suarez in Repetition. leg. Quoniam in prioribus. fol. 33. 4. column. vers. Si autem filius. Idem Roder. Suar. in eadem repetitione. fol. 69. 1. column. vers. Secundus casus.

Unum tamen est, quòd si non reperiantur alii filii, nepotes, vel descendentes hujus defuncti, de cujus successione tractatur, sed tantum collaterales; tunc nepos, vel descendens ex filio vel filia quæ renuntiavit, potest indistinctè succedere, modò pater vel mater eorum decedat vivente avo vel avia, modò post mortem eorum: imò ipse filius, vel filia quæ renuntiavit, si viveret, posset succedere, ut infra proximè dico versic. Advertendum tamen. Nec obstat si subtiliter dicas, quòd etiamsi filius supervivat post mortem patris, & sit legitime exheredatus, & penitus exclusus à successione patris, admittitur nepos vel descendens ex eo per successorium edictum: Quia respondeo notabiliter, ut per Roder. Suar. in dict. repet. fol. 34. 2. column. vers. Unde præsuppone. cum pluribus sequentibus. Secundo & melius respondeo, quòd illa sententia & opinio est falsa; ut latè dixi & probavi suo loco.

Ex testamento tamen bene poterit succedere talis filius vel filia: Unde si pater vel mater, quibus est facta renuntiatione, instituat in testamento prædictum filium vel filiam, vel eis relinquat legatum vel fideicommissum, bene poterit talis filius vel filia succedere, licet renuntiavit cum juramento. Pro qua sententia & conclusione primò facit talis ratio: quia intentio patris & filii renuntiantis videtur esse, quòd non sit recursus ad bona paterna invito patre; non autem quòd excludatur eo volente: undè ex ista nova causa, & sic superveniente consensu patris, licet poterit succedere: argumento text. in cap. Ad nostram. el 1. de Jurejurand. juncta Glossa & communione: text. in leg. fin. ff. Qui satisfacere cogant. Secundo facit textus notabilis in cap. 2. de Renuntiation. ubi ille qui cum juramento renuntiavit beneficio, si postea de eo noviter & canonicè sit investitus & electus, non prohibetur recipere. Ex quo notant ibi Abb. & communiter DD. quòd renuntiatione jurata semper restringitur ad jus competens & subsistens tempore renuntiationis, non verò ad jus noviter ex aliqua causa superveniens. Ex quo textu

infert notabiliter ibi Dominus Anton. in final. column. numer. 12. quòd si Licentiatas juravit non recipere gradum Doctoratus alibi quàm in loco ubi est examinatus; si de novo in alio studio subintret examen, potest prætextu novæ licentiæ ibi doctorari sine metu perjurii, quia assumit Doctoratum ex nova causa supervenienti: quem sequitur Imol. 2. column. numer. 8. qui etiam infert, quòd si quis promittit alium non offendere sub pœna, vel juramento; debet intelligi ex offensa & inimicitia præterita, non futura ex nova causa: tenet etiam expressè Bartol. in leg. Aut facta. §. Causa. ff. de Pœnis. Tertio facit quia generaliter remissio vel renuntiatione non comprehendit jus futurum, sed tantum præsens; quia de jure futuro non videntur partes cogitasse: text. est in leg. Cum Aquiliana. ff. de Transaction. text. in leg. Qui cum tutorib. §. fin. eod. tit. text. in leg. Si ita scripsisset. 46. ff. de Legat. 2. text. in leg. Si stipulatus fuerim. §. 1. de Verbor. obligat. text. in leg. Si à colonio. eod. tit. imò, quòd magis est, licet talis renuntiatione generalis de consensu partium extendatur ad jus de futuro, quia expressè ita cautum est; tamen debet intelligi, quòd censeatur tantum remissum jus de futuro, quòd habet dependentiam à causa de præterito vel præsentem: text. est in leg. Quod Servius. ff. de Condit. ob causam, & ibi tenent notabiliter Bart. Bald. Alexand. Jason, & communiter DD. idem Bart. ubi plenius de materia, in leg. Qui Romæ. §. Duo fratres. 6. quæst. de Verb. obligat. Quarto facit textus singular. in jure in leg. fin. Cod. de Non num. pecun. ubi probatur, quòd tacita conditio, & natura, quæ inest in contractu, censetur virtualiter inesse in juramento in eo interposito: & ad hoc notant & communiter DD. ibi, & reputat singularem Bald. in cap. Quæ in Ecclesiarum. de Constitution. 3. column. num. 32. & illum textum ad hoc dicit unicum Jas. in leg. Qui pecuniam. ff. Si cert. petat. 2. column. in princ. Quinto facit, quia si talis filius vel filia, qui renuntiavit cum juramento, non possit succedere ex testamento patris vel matris, quibus renuntiatum est, sequeretur quòd redundaret in præjudicium patris vel matris, & auferretur ab eis libera testamenti factio (quod non est dicendum, ut in leg. Stipulatio hoc modo concepta. cum materia, de Verbor. oblig. Sexto facit text. notabilis in leg. Aurelius. §. Testamento facto. ff. de Liberation. legat. ubi habetur, quòd liberatio relicta in testamento non extenditur ad debita contracta ex nova causa post factum testamentum: & ad hoc notant & commendant ibi Bartol. & communiter DD. Septimò facit

text. singularis, & melior de jure in proposito, in leg. Si patronus non aluerit. ff. de Bon. libertor. ubi disponitur, quod licet patronus amittit jus succedendi in bonis liberti, si eum non aluerit tempore necessitatis; tamen bene poterit ei succedere ex testamento liberti, si instituat. Octavo facit text. in leg. Jubemus. Cod. Ad Velleian. ubi habetur, quod omnis renuntiatio restringitur ad contractum, & personam, & causam, super qua interponitur, & non extenditur ad aliam. Et in expresso, quod talis filius vel filia, qui renuntiavit cum juramento, possit succedere ex testamento patris vel matris, tenet Bald. in leg. Pactum. Cod. de Collat. 2. column. 3. quest. & ibi Roman. 4. column. post princ. Corn. ibi, 1. column. 3. limitation. idem Bald. notabiliter in leg. fin. Cod. de Pact. 4. column. num. 13. & ibi Jason. 7. column. num. 23. Joan. de Imol. in leg. Qui superstitis. ff. de Acquir. hered. 1. column. post princ. & ibi Aretin. 2. column. vers. Circa secundam fallentiam. Domin. in dict. cap. Quamvis pactum. fin. column. & quest. & ibi Georg. Natan, 4. column. n. 11. Roman. in dict. leg. Stipulatio hoc modo concepta de Verb. oblig. 8. column. num. 30. Alex. 3. column. num. 8. Jason 6. column. num. 7. & voluit aperte Bart. ibi, 1. column. in fin. Specul. in tit. de Testam. §. 1. vers. Pone filius. & ibi Joan. Andr. in addit. Imò, quod magis est, ista conclusio procederet etiamsi talis filius vel filia reperiantur institutus in testamento patris vel matris condito ante renuntiationem juratam; quia ex quo remansit in eadem voluntate, nec mutavit testamentum, creditur voluisse decedere cum illo testamento, & institutione filii: & in terminis ita tenet solus Aretin. in dict. leg. Qui superstitis. 2. column. prope fin. ff. de Acquir. hered.

Et in tantum superior conclusio est vera, ut talis filius vel filia institutus sit suus, & recuperet Jura suitatis, quæ amiserat per renuntiationem: Unde transmitti poterit hæreditatem, & omnia alia privilegia suitatis habebit, ac si nunquam renuntiasset: ita probat text. singularis & unicus in leg. Qui in aliena. §. Interdum. ff. de Acquir. hered. ubi habetur, quod licet nepos natus ex filio exheredato non sit suus avo, quia pater ejus eum præcedit in gradu; tamen si instituat ab ipso avo, statim efficitur suus, & necessarius: & ad hoc illum text. notat & commendat ibi Bart. 1. column. in 3. oppos. & reputat mirabilem Bald. & dicit unicum Paul. de Castr. & Cuman. & dicit singularem Aretin. Alex. & illum text. dicit singularem Joan. de Imol. in leg. Sub conditione. ff. de Liber. & posthum. Alex. in leg. Si quis posthumus. §. 1. 1. column.

num. 3. eod. tit. & ibi Jas. 5. column. num. 23. Imol. in cap. Raynuius. de Test. 11. fol. numer. 106. Jas. ubi notat, loquitur, & declarat, in leg. Nepotem. Cod. de Inoffic. testam. Faber in §. Sui. Institut. de Hered. qualit. & differ. 2. column. in princ. Et licet ille textus allegetur pro singulari & unico, tamen similis text. est expressus in leg. Filius patris. ff. de Bonis libertor. quem ad hoc allegat & considerat Bart. in leg. fin. ff. de Condit. institution. fin. column. post princ. num. 4. Alex. in dict. leg. Si quis posthumus. §. 1. de Liber. & posthum. 1. column. num. 3. Jas. in dict. leg. Qui in aliena. §. Interdum. 1. col. in fin. Ergo in nostro casu, si talis filius vel filia qui renuntiavit, instituat à patre, efficitur suus, & habeat omnia jura & privilegia suitatis; & in terminis ita per illum textum videtur tenere Soc. in leg. Si filius qui patri. ff. de Vulgar. & pup. 10. col. in fin. vers. Infertur. & 2. ubi dicit, quod si cavetur lege vel statuto, quod extantibus masculis filia femina non succedat, & talis filia instituat in testamento patris; efficitur sua, & habet omnia jura suitatis, per textum quem reputat singularem in dict. §. Interdum.

Imò, quod magis est, teneo quod superior conclusio habet locum, nedum quando talis filius vel filia, qui renuntiavit, sit institutus à patre expressè & nominatim; verum etiamsi in genere, vel indefinite; ut quia pater vel mater dicat *Instituo omnes meos filios hæredes*, vel *Instituo meos filios hæredes*: quia etiam hoc casu succedet filius vel filia qui renuntiavit, quia videtur institutus una cum aliis. Et idem est si instituisset æqualiter vel inæqualiter alios filios qui non renuntiaverunt, & in aliqua parte testamenti vel codicilli fecit aliquod legatum simpliciter & genericè filiis suis; quia crederem, quod ad tale legatum admitteretur etiam filius vel filia qui renuntiavit: & ita in questione de facto dixi & consului, & fuit judicatum. Pro qua sententia & conclusione facit, quia licet in actu exheredationis, vel alio actu odioso genericè facto & indefinite, non comprehendatur aliquis filius; tamen in actu favorabili institutionis vel legali bene comprehenduntur omnes, nisi ex aliquibus conjecturis de contraria voluntate patris appareat: text. est, juncta Glossa, & communi opinione, in leg. 2. ff. de Liber. & posthum. text. in leg. Si quis ita dixerit. 16. in princ. & in §. 1. ff. de Testam. tutel. text. in leg. Qui filiabus. §. 1. ff. de Legat. 1. text. in leg. Plurib. ff. acceptilat. text. in leg. Qui habet. §. fin. ff. de Tutelis.

11. Advertendum tamen, quod superior conclusio & materia, quæ habet, quod filius vel

vel filia, qui renuntiavit cum juramento, non potest succedere patri vel matri; debet notabiliter intelligi, quando supersunt alii filii vel filia descendentes: secus tamen est, si tempore mortis patris vel matris nulli reperiantur filii, vel descendentes; quia tunc talis renuntiatio annullatur, & sic filius vel filia qui renuntiavit, liberè poterit succedere, tam ab intestato quam ex testamento, ac etiam contra testamentum. Cujus ratio est, quia talis renuntiatio censetur facta favore aliorum filiorum, & sub quadam tacita conditione, ut hæreditas perveniat ad eas; unde, eis non extantibus, censetur defecta conditio, & potest liberè succedere: argumento text. cum ratione in leg. Cum avus. ff. de Condit. & demonstrat. text. in leg. Generaliter. §. Cum autem Cod. de Institution. & subst. text. in leg. Cum acutissimi. Cod. de Fideicom. text. in leg. 3. Cod. de Inoffic. testam. & in leg. 1. ff. de Injust. rupt. & in leg. Certum est. eod. titul. Secundo, argumento text. in cap. 2. de Renunt. & eorum quæ supra dixi; ubi probatur, quod renuntiatio etiam jurata restringitur ad jus competens & subsistens tempore renuntiationis, non verò ad jus ex nova causa superveniens. Tertio, argumento text. cum ratione in leg. Si unquam. Cod. de Revoc. donat. ubi donatio revocatur per supervenientiam liberorum: ergo pari ratione in lege donation vel renuntiatio facta favore & contemplatione liberorum existentium, revocatur eis defunctis. Quarto, argumento text. notabilis in leg. Ex facto. ff. de Vulgar. & pupil. ubi habetur, quod si pater exemplariter substituit filio suo majori muto, & surdo, mente capto, vel furioso, & post mortem patris talis filius mutus & surdus suscepit liberos ex uxore propria, ipso jure revocatur substitutio pupillaris; quia ob aliam causam non videtur facta, nisi propter carentiam liberorum. Quinto pro hac sententia & conclusione considero casum notabilem non commendatum in cap. 1. in fin. de Filiis natis ex matrimonio ad Margaritam contract. in lib. 2. Eudor. ubi dicit text. quod si quis habuit filios ex prima uxore mortua, & postea suscepit aliam uxorem, cum qua fecit pactum, quod filii ex isto secundo matrimonio non succedant, nisi in eo quod pater dixerit tempore matrimonii: certè, si filii primi matrimonii moriantur in vita patris, bene possunt filii secundi matrimonii tunc succedere. Et in expresso istam sententiam & conclusionem tenet Bald. in leg. Pactum. Cod. de Collat. 2. column. num. 3. Paul. de Cast. ibi, 2. column. numer. 6. Rom. 5. column. numer. 12. Decius 4. column. num. 9. Corne. 3. column. versic.

Septimo limita. Bald. post Guillel. in leg. Jus autem agnationis. 1. lectur. in fin. ff. de Ruffis. Imol. in leg. Qui superstitis. ff. de Acquir. hered. 1. column. post princ. & ibi Roman. 2. column. & ibi Aret. 3. column. vers. Circa tertiam limitationem. Ang. in Consiliis suis, 52. column. in fin. licet ibi dicat, quod non posset succedere contra testamentum. Alexand. in leg. Stipulatio hoc modo concepta de Verbor. obligat. 4. column. num. 11. Salic. post Sicbar. in leg. Pactum quod dotali. Cod. de Pactis. 3. column. in fin. Georg. Natan, ubi reputat hoc singulare in dict. cap. Quamvis pactum 10. column. in princ. num. 38. Philipp. Decius in Consiliis suis. cons. 31. 2. column.

12. Dubium tamen est singulare circa hoc. Si tempore renuntiationis pater vel mater nullos alios habebat filios, nec postea nati sint, an filius vel filia, qui renuntiavit cum juramento, possit succedere patri vel matri ab intestato, vel contra testamentum, si reperiat prateritus, & extraneus institutus? Et certè videtur quod talis filius, vel filia non possit succedere, sed alii venientes ab intestato, si pater vel mater decessit ab intestato; vel extraneus hæres institutus, si decessit cum testamento: quia talis renuntiatio non potest dici favore & contemplatione liberorum facta; cum nulli extabant filii tempore renuntiationis, nec postea nati sunt. Sed teneo contrarium; imò, quod isto casu talis filius vel filia, qui renuntiavit cum juramento, possit succedere patri vel matri, quibus facta est renuntiatio, tam ab intestato, quam contra testamentum: quia considero, quod licet tempore renuntiationis pater vel mater nullos alios haberet filios, vel descendentes, tamen ex tacita conjectura præsumitur renuntiatio facta favore & contemplatione aliorum filiorum nascendorum: quia sicut quando filius gravatur alteri restituere post mortem, subintelligitur. Si non habuerit liberos, ut in dict. leg. Cum avus. cum similib. supra allegat. ita in nostro casu filius vel filia, qui renuntiavit, intelligatur renuntiasse. Si pater vel mater suscipiat liberos: unde, eis non natis, deficit illa conditio, & per consequens talis filius vel filia, qui renuntiavit, optimè potest succedere. Quod tamen notabiliter intelligo, præterquam si aperte constaret, quod talis filius vel filia non fecit prædictam renuntiationem favore & contemplatione aliorum liberorum natorum, vel nascendorum; quia dixit, Si non nascantur liberi, possit pater vel mater sua bona relinquere venientibus ab intestato, vel cuiuslibet extraneo: quia tunc nullo modo posset succedere. Et in expresso istam sententiam & de-

clarationem ponit notabiliter Colectarius in cap. fin. extra de Donat. fin. column. num. 34.

Similiter etiam addendum est in ista materia, quod licet filius vel filia, qui renuntiavit cum juramento, non possit succedere patri vel matri quibus renuntiatum est; tamen bene potest petere ab eis alimenta, si egeat, & non habeat unde se alat: etiamsi renuntiaret juri petendi alimenta cum juramento; quia tale pactum & renuntiatio esset contra jus naturale, quo tenetur pater alere filium egen-tem, ut in cap. Jus naturale. 1. distinct. & in leg. 1. §. Jus naturale. ff. de Juristicis & jure. Pro qua sententia facit textus in cap. Cum quidam. §. Illi vero. de Jurejurand. ubi impro- batur juramentum, quo quis promittit non ex- hibere alimenta parentibus, vel e contra: er- go idem est, & a fortiori, si quis jurat non petere sibi; cum charitas bene ordinata inci- piat a se, ut in leg. Præse. Cod. de Servit. & aqua. Secundò facit text. in leg. N. care. ff. de Liber. agnoscent. ubi habetur, quod ille qui negat alteri alimenta debita, videretur ne- care: ergo si tale juramentum valeret, præ- taretur via delinquendi. Et in expressò istam sententiam & conclusionem tenet Specul. in titul. Qui filii sint legit. vers. Sed pone qui- dam. num. 12. tenet etiam Bald. qui notabi- liter loquitur, in leg. Pactum. Cod. de Colla- tionib. fin. column. & quest. Joan. de Imol. in leg. Stipulatio hoc modo concepta. de Verbor. obli- gat. 2. column. in med. & ibi Alex. 3. column. num. 9. Domin. in dict. cap. Quamvis pactum. 2. column. num. 6. Corn. in dict. leg. Pactum. Cod. de Collat. 2. column. vers. Quarto limita.

13 Unum tamen est, quod prædicta con- clusio & materia, quæ habet, quod filius & filia, qui renuntiavit successioni patris vel ma- tris cum juramento, non possit succedere; de- bet intelligi, quando immediatè vult succe- dere patri vel matri post mortem in hæredi- tate sua: secùs autem si hæreditas patris vel matris pervenit ad alium filium, vel descen- dentem; quia indistinctè bene poterit ei suc- cedere ille filius vel filia qui renuntiavit, etiam in bonis habitis ab ipso patre vel matre, qui- bus renuntiatum erat. Primò, quia hære- ditas patris vel matris, postquam est adita per alium filium vel descendente, & est in- corporata in bonis & patrimonio ejus, ampliùs non dicitur hæreditas patris vel matris defunc- ti: text. est in leg. Sed si plures. §. Filio impu- beri. ff. de Vulgar. & pupill. text. est in leg. Ejus qui in provincia. §. fin. ff. Si cert. pet. text. in leg. fin. Cod. de Inoffic. testam. textus in leg. Pater familias. ff. de Privil. credit. li-

ber. 42. tit. 5. textus melior de jure in §. 1. Institut. de Hæred. qualis. & differ. quem ad hoc dicit meliorem de jure Jas. in §. Actionum. Inst. de Actionib. fin. column. licet corruptè alle- get: tradit Glossa ordinaria, & communiter scribentes in leg. 1. §. Veteres. ff. de Acquir. poss. Glossa similis & ordinaria in leg. Hæres per servum. ff. de Acquirend. hæred. Ergo post- quam bona patris vel matris pervenerunt ad alium filium vel descendente, non dicuntur ampliùs bona parentum, sed bona aliorum fi- liorum vel descendente; & talis filius vel filia, qui renuntiavit cum juramento, non di- citur succedere patri vel matri, sed alteri filio vel descendente, ad quem bona pervenerunt. Secundò & magis in specie pro hac senten- tia & conclusione facit textus notabilis in leg. Qui Titii testamentum. ff. de His quæ ut indign. ubi dicitur, quod licet ille, qui accusat tes- tamentum alicujus testatoris de falso, & suc- cubuit, non possit ei succedere; tamen pro- hibetur succedere hæredi ejus, vel alteri ad quem bona testatoris pervenerunt: & ibi no- tat. Alber. & communiter DD. antiqui. Tertio facit textus in leg. Paulus. alias Per procuratorem. in fin. ff. de Acquirend. hæred. ubi ha- betur, quod si filius familias miles fecit tes- tamentum de castrensi peculio, in quo insti- tuit filium suum hæredem; talis filius hæres institutus acquirit illa bona castrensia avo, in cujus est potestate: Neque obstat, quod olim erant bona castrensia in persona filii descenden- tis, quæ non quærunt patri: quia jam muta- tione personæ, & sic in persona nepotis desi- nunt esse castrensia, & meritò quæruntur avo, sicut alia bona nepotis; & sic mutatione per- sonæ mutatur qualitas bonorum. Quarto fa- cit bonus textus in leg. fin. in princip. ff. de Legat. 3. ubi filius exhæredatus non prohibe- tur postea succedere hæredi patris, etiam in bonis proventis ab ipso patre: quia non di- citur succedere patri, sed ultimo possessori: textus in leg. pen. §. Si hæres. ff. de Inoffic. testam. textus in leg. fin. §. 1. eodem titul. Quintò facit textus in leg. Jubemus. Cod. Ad Velleian. ubi habetur, quod omnis renuntiatio restringitur ad contractum, personam, & cau- sam super qua interponitur, & non extendi- tur ad aliam: & ad hoc notant ibi commu- niter DD. ergo in nostro casu talis renun- tiatio jurata intelligatur de non succedendo ipsi patri vel matri, quibus tantum renun- tiatum est, non verò alteri filio descenden- ti, vel hæredi ejus etiam in suis bonis. Sextò facit textus notabilis in leg. Si servus meo. ff. de Legat. 1. ubi habetur, quod si dominus repudiavit legatum factum servo suo, non pro- hi-

hibetur succedere, & acceptare illudmet lega- tum sibi factum in codicillis; quia venit ex pro- pria persona, & non ex persona servi: melior textus & notabilior in leg. Si duobus servis. ff. de Legat. 2. ubi dicitur, quod si eadem res est le- gata duobus servis meis, & ex persona unius repudiavi legatum, & ex persona alterius vo- lo acceptare; acquiri totam rem, quia par- tem repudiata sequitur ex persona secun- di servi cui accrevit: textus in leg. Si mihi pure. eod. titul. bonus textus in leg. Si mater. §. Si quis autem. & in §. Eadem. ff. de Except. rei judic. textus in leg. Et an eadem. §. Actio- nes. eodem. titul. ubi habetur, quod si petii fundum ex una causa, & succubui, possum petere postea ex alia nova causa, & non obs- tat mihi exceptio rei judicata. Facit etiam tex- tus in leg. Pater familias. ff. de Reb. auto- ritat. Judic. possid. ubi filius, qui se abstinit ab hæreditate patris, non prohibetur postea succedere alteri, cui obvenit illa hæreditas pa- tris. Et in expressò istam sententiam & con- clusionem tenet Alber. in leg. Si quando. §. Il- lud. Cod. de Inoffic. testam. penult. column. in princ. Bald. in loco remoto, in leg. 1. ff. de Rer. divisi. 1. lectur. fin. column. num. 41. Paul. de Castr. notabiliter in leg. Paulus. alias Per procuratorem. versic. fin. ff. de Acquir. hæred. & ibi Aret. 1. column. 2. notab. Rom. in leg. 1. §. Veteres. ff. de Acquirend. possess. 1. column. in medio, loquendo in simili casu, scilicet, quod si filia femina non potest succedere patri ex- tantibus masculis, bene poterit succedere fra- tribus etiam in bonis patris: & ibi Aret. 1. co- lumn. in princ. Alexand. 5. column. num. 8. So- cin. 1. column. in princ. Jason. 10. column. cum sequentib. num. 20. & sentit apertè Bart. in leg. fin. 1. quest. princip. ff. ad Tertill. tenet etiam Aretin. in leg. Sed si plures. §. Filio impuberi. ff. de Vulgar. & pupill. 1. column. in 2. notab. Fulg. in leg. Quamquam. Cod. Ad Falcid. Jason notabi- liter in leg. Ejus qui in Provincia. §. fin. ff. Si certum. petat. 5. column. vers. Tertio princ. Philip. Dec. in leg. Qui se patris. 4. col. num. 16. Cod. Unde liberi. Idem Philip. Dec. in regul. Hære- ditas de Regul. jur. fin. column. num. 8. ubi dicit se ita conclusisse ultra montes Valentia in Delphinatu: Idem Decius in regul. Quoties du- plici jure. eod. tit. de Regul. jur. fin. col. num. 6. Georg. Natan, in dict. capit. Quamvis pactum. de Pactis. in 6. c. 5. & 8. vers. 4. pulchrè facit Roman. conclus. 168. in princ. Aret. in conclus. 160. in 1. col. vers. Secundò est præmittendum. Soc. conclus. 73. 1. column. vers. Prima igitur sit conclusio. 3. volum. consiliorum: Corn. cons. 305. 1. & 2. column. 4. volum. Consilior. Philip. Dec. cons. 266. 2. column. num. 1.

Quod notabiliter extendo, etiamsi talis frater, cui alter frater, qui renuntiavit, vult succedere, nondum adivit hæreditatem patris: quia cum frater qui renuntiavit veniat ex al- terius fratris persona, & non propria, meri- tò potest utramque hæreditatem adire; hære- ditatem fratris ex propria persona & succes- sione, item hæreditatem patris ex persona fra- tris defuncti ratione juris aedeundi, quod re- petit in ejus hæreditate transmissum, vel ex potentia suitatis, vel deliberandi: argumento textus cum materia, in leg. Cum in antiquo- rib. Codic. de Jure deliber. & eorum quæ tra- dit Bartol. in leg. Qui duos. ff. de Rebus du- biis. maximè. in column. num. 11. & eorum quæ ego tradidi latius, in repetitione Ultimar. volun- tar. in leg. 1. de Vulgar. & pupill. & in termi- nis reperio quod tenet Aret. in dict. consil. 160. in 1. column. Philippus Decius in regul. Quo- ties duplici jure. final column. in fin. de Regulis juris.

Ex qua doctrina & conclusione infero no- tabiliter, quod licet filius spurius, nefarius, & incestuosus non possit succedere patri, vel matri; tamen debet intelligi, quando vult suc- cedere immediatè ipsis parentibus ab intestato, vel ex eorum testamento & dispositione: se- cùs tamen est, si velit succedere alteri, puta hæredi patris vel matris, vel extraneo, ad quem pervenerunt bona parentum; quia bene poterit ei succedere etiam in bonis parentum, si à tali hærede vel extraneo sit institutus: Quod apertè fundatur ex superioribus. Et in expres- sò ita tenet Bartol. in leg. Si is qui ex bo- nis. 1. column. & quest. ff. de Vulg. & pupill. & ibi Paul. de Castr. 1. col. in fin. num. 6. Joan. de Imol. 2. column. in med. Alexand. 3. column. num. 6. Jason, 3. column. num. 9. & est commu- nis opinio secundum eos: Spec. in titul. de Suc- ces. ab intestat. §. 1. versic. Sed quid si pater num. 30. Bald. in leg. Eam quam. Cod. de Fidei- com. penultim. column. numer. 54. Alber. in Au- thentic. Licet. 1. column. post medium, vers. Item quæritur. Cod. de Natur. liber. Salyc. in leg. Ma- tre. eod. tit. fin. quest. Cæpol. cautela 38. final. column. in fin. Ludovic. de Sardis in libello suo de Natur. liber. in fin.

14 Item etiam ex superioribus redditur valde diffilis & dubia illa notanda conclusio glos- sæ, juncto text. in leg. Lucius. ff. de Jure fisc. in gloss. final. in fin. ubi tenet, quod homicida non potest succedere hæredibus occisi in bo- nis quæ provenerunt ab ipso occiso: quam approbant & commendat ibi Bartol. & commu- niter DD. de qua Glossa & ejus conclusione latius & magistraliter dixi in materia Delicto- rum, quam posui in leg. 1. de Public. judic.